rat & posuit. Ut sciremus quas compositiones: & oleum inquit unctionis
& compositionem incensi. Compositionem autem uocat quia & multis ita
confecta sunt. CXLVI. Et omnis uir & mulier quorum afferebant sen
sus eorum ut intrarent & facerent omne opus quodcumq. precepit dns
fieri illud per mosen attulerunt filii israhel demptione dno. Ergo omnis
uir & mulier intelleguntur filii israhel. Caeterę locutiones similes superio
ribus. CXLVII. Facere aurum & argentum & aes. pro eo quod est facere
ex auro & argento & aere. non enim aurum faciebant sed ex auro. Tale est
& iam quod paulo post dicit & operari ligna hoc est ex lignis. CXLVIII.
Facere omnia opera sci textilia & uaria. Texere cocco & bysso facere omne
opus architectonicū uari&atis. Ecce in rebus textilibus architectonicum
opus appellat. mirum nisi propterea quia tabernaculo fiebant quod ędificii
similis fuit & tamquam domus erigebatur. Quid autem dicat opera sci
non euidenter appar& utrum sci sacerdotis quoniam & de stola uel de
stolis eius haec dicuntur. an sci di in cuius cultu haec fiebant. an opera sci
sicut dicebatur scm & scm scorum. CXLVIIII. Umeralia continentia
ex utrisq. partibus eius. non dixit ex utrisq. partibus eorum quam uis
illa umeralia non umerale dixiss& sicut sol& umerale dicere. Ipsum
enim appellauit pluraliter umeralia sicut stolā & easdem stolas.
CL. Et eliab filius achisamach d& tribu dan qui architectonatus est textilia
& consutilia & diuersi coloria texere de cocco & bysso nouo more dicuntur
architectonari. Textilia & iam illud a parte totū intellegendū est quod
ait texere cocco & bysso. ex his enim & c&era intellegimus id est purpurā
& hyacintum. CLI. Et fecerunt filii israhel sicut precepit dns mosi ita
fecerunt. plenum ess& & iam si non adder&ur ita fecerunt. & fecit
moses omnia quę precepit ei dns ita fecit. similiter ut dictum est & filii
israhel.

EXPLICIUNT LOCUTIONū EXODI

INCIPIT LIBER LOCUTIONū LEUITICI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc130/0045